

**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetii, 1706

Litterarum Testimonialium fructuum Beneficii Form. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

divi confessionem Sacramentalem N. & illi absolutionem Sacramentalem impertius sum in forma Ecclesiæ consueta, non solum à peccatis, verum etiam ab excommunicatione, quam ipse N. incurrit ob..... In quorum fidem, testimoniales has dedi ex loco N. die . . mensis . . anni &c.

Ego N. Confessarius Deputatus.

Loco ✠ Sigilli.

AD NOTATIO.

ostendere cum opus fuerit se absolu-

ⁱ **A**BSOLUTIONEM SACRAMEN-
TALEM IMPERTITUS SUM.
Qui fuit publicè excommunicatus, præ-
sumitur, quod adhuc censura innodatus
existat, nisi probet se fuisse absolutum,
juxta punctualem Glos. in cap. Proposuit
de Cler. excomm. vel deposit. in verb. de ab-
solutione, quam etiam refert Graff. conf.
lib. 5. conf. 5. num. 12. & decis. aur. part. 1. lib.
4. cap. 15. num. 22. & 24. ubi monet peniten-
tem, ut recipiat testimonium Confessa-
rii de absolutione in scriptis, ut possit

Testimonialis fructuum
Beneficii.

FORMULA XIX.

S U M M A R I U M.

ⁱ Quando exigatur testimonialis Epis-
copi super fructu Beneficiorum.

N. Episcopus, sive Vicarius Generalis N.

Universis &c. testamur, fructus, redditus, & proventus Beneficii sub invo-
catione N. in Ecclesia N. hujus Diœcesis, qui olim summam . . . scutorum
monetae Romanae longè excedebant, ita ob temporum injuriam imminutos es-
se, ut ad præfens detractis oneribus vix ascendant ad summam scutorum . . .
similium computato anno sterili cum fertili, prout ex depositionibus plurium
Testium in Curia nostra examinatorum patet. In quorum &c.

AD NOTATIO.

ⁱ **H**Æc fides, seu testimonialis exi-
gitur à Dataria Apostolica ad
effectum aliquando regulandi Taxam pro
componenda in coadjutoriis; Aliquando

pro regulanda quantitate Pensionis super
Beneficio imponenda, vel reservanda;
Vel demùm, ut sciat, an fructus exce-
dant summam ducatorum duorum de Ca-
mera, quando petitur expeditio gratiæ
per solam Signaturam.

T I.